

alienationi, que fiat irrequisito domino, non autem ut actus validitatem inducat, ex notoriis.

Minusque ex eo, quod beneplacitum non concedatur, inferri potest, ut attendi debeat primum testamentum, quoniam cum istud ex supra deductis jam revocatum, atque annullatum fuerit, hinc nulla juris dispositio, vel ratio suadet, ut primum testamentum annullatum reviviscere debeat, quoniam si cum sensu, vel discursu naturali procedendum esset, attendendo solum verisimilem defuncti voluntatem, dici etiam posset, quod quando testator ordinat secundum testamentum, per quod primum revocatur, id ea intentione agat, ut istius posterioris vigore, hereditas adeatur, illudque solum fortitatur effectum, & per consequens, quando istud primum cessat, quia nempe scriptus hæres præcedat, vel nolit, aut non possit esse hæres, seu alius deficiat conditio, tunc debet primum testamentum reviviscere; & tamen contrarium expressè cautum est in jure in d. s. posteriore, in fin. quib. mod. testam. infirm. idcoq; ista consideratio nullum habet fundamentum.

Obitare vero non posse, dicebam, Julio primogenito acceptationem fecerat testamenti, cujus vigore hereditatem adivit, quoniam id sequutum fuit cum beneficio legis, & inventarii, per quod alio non expresso, conservantur omnia jura adeuntis, omneque ejus præjudicium evitatur, perinde ac si non esset hæres, cum hodie ex dicto beneficio hæres non staret, & propriè talis, sed potius habeatur tamquam hæreditatis legalis administratores, ad notissimum textum in l. sup. C. de iur. delib. n. m. 18. Gratian. discip. 799. n. 42. & segg. Capyc. Latr. cons. ult. 13. n. 2. & 3. Rovit. decis. 48. n. 11. & segg. Salgad. in labr. part. 2. cap. 7. n. 20. & segg. & pluries sub tit. de hered. & sub tit. de credit. multo magis dum adest expressa protestatio suorum jurium præservativa.

Ac etiam quia, si non potest etiam expressus contractus alienationis reddere istam validam, adeo ut ipmet alienanti, ratione evidentis nullitatis, licitum sit venire adversus factum proprium, illudque impugnare, quod amittere poterit, dum nullum sibi competit ex in vestitura, atque illud quod in quadam se competere possit, ex priori testamento, nunquam ei questum fuit, dum illud, ut potest per posterius revocatum, nullum habuit effectum, idcoque habendum est, ac si nullo modo factum esset.

Ineffectuatio autem posterioris testamenti, respectu feudi, operari non poterat reviviscere primum, jam revocatum, quoniam in jure unicuique datur hujus reviviscencie, seu verius nunquam sequitur revocationis casus, quando scilicet posterius testamentum detegatur nullum ratione imperfectionis, adeo ut habendum sit pro non extante in reum natura, tamquam imperfectum; sed ubi illud est in suo genere validum, & perfectum, ex aliquo tamen accidenti ob præmorientiam, vel incapacitatem, sive voluntatem heredis, aut ob aliud accidens non fortitatur effectum, tunc non per hoc primum testamentum reviviscit, sed testator decedere dicitur intestatus, juxta d. next. literaley in s. posteriore in fin. quibus mod. testam. infirmantur, cum aliis, de quibus in d. Ravennaten. testamenti super primo, coram Vice Comite.

Multo vero magis, ac extra omne dubium, ubi ineffectuatio non sit in toto, neque substantia testamenti corruptur, sed illud solum fortitatur effectum in univèrsa hereditate paganica, vel allodiali, quæ est majoris importantiæ, & per quam persona defuncti in univèrso jure activo, & passivo magis repræsentatur; ineffectuatio autem sit in aliqua dispositione particulari, quæ pro non scripta habenda sit, ut passim habemus de legatis, aliisque dispositionibus, quæ in testamento fiunt de rebus alienis, aut de rebus sacris, sanctis, & religiosis, de quibus disponi non possit, vel de legatis, quæ sunt personis incapacibus, vel prohibitis, sive de conditionibus turpibus, vel impossibilibus, aut aliàs à jure damnatis, ex latè deductis sub tit. de testam. disc. 73. Quoniam his vitiatas, atque habitis pro non scriptis, non per hoc vitiatum remanet testamentum.

Potissimè verò ubi agatur de feudatario, qui verus miles dicitur, eique congruunt ea, quæ in jure civili de anti-

quis militibus disposita sunt, ut duplex patrimonium, ac duplicem hæredem in solidum habeat, atque sicuti decedere potest cum duplici testamento, pro patrimoniorum diversitate, juxta superius allegata jura in l. 20. & in l. 27. ff. de militar. testam. ita quoque decedere possit pro parte testatus, & pro parte intestatus, atque ita duplicem diversum habere heredem, non solum ex ejus clara, & expressa voluntate, sive ex illa voluntate implicita, quam lex in testata successione præsumit, sed etiam contra ejus judicium, quia nempe in testamento instituo hæredem extraneum in utroque patrimonio allodiali, & feudali, agnatus ad feudalem successionem à lege investituræ vocatus, impugnat Testatoris judicium, eoque invito fit ejus hæres, & tamen firmus remanet alter hæres allodialis, firmumque remanet testamentum in hæreditate paganica, vel allodiali, in altera verò feudali intrat successio intestata, juxta celebrem, & magistralem decis. 1. Franch. cum concord. per plures, Add. ibid. & pluries in præcedentibus, disc. 20. cum segg.

Nullibi verò cautum est, ut ob invalidam dispositionem feudalem factam in posteriori testamento, reviviscat primum jam revocatum, & annullatum. Potissimè, ut præmissum est, ubi revocatio, & annullatio non provenit ex sola dispositione juris per posteriorem ordinationem; sed provenit etiam ab expressa, & specificè ejusdem dispositionem contentam, expressè, & præcisè devenitur ad revocationem specialis dispositionis, quæ in priorè facta fuerat de feudo, & per consequens dicebam, quod iustitia Julii Primogeniti videtur manifesta, nullam de jure admittens probabilem dubitandi rationem.

Objectionibus autem parte Gherardi de corresponsivitate, quod scilicet Philippus pater, cum præsupposito dictæ concordie inter filios, inducus esset ad revocandum primum testamentum. Verum id nullatenus obstat dicebam, quoniam ex deductis in tit. de testam. disc. 33. ad effectum, ut posteriorius testamentum dici valeat dolo, nullisque artibus tortorum, ac propterea non sit aptum præjudicare primo testamento, copulative requiritur, quod præsuppositum fuerit falsum, cum dolosa machinatione, quodque illud fuerit causa præcisa, & immediata secundum testamenti, quorum neutrum in facto verificatur, quoniam concordia erat vera, & sic præsuppositum, quod tunc factum fuit, dici non potest falsum, atque Julius nunquam testatorem alloquutus est, neque aliquem dolum, vel machinationem adhibuit, sed solum dici posse considerabam, quod ipse Gherardus ita illud fuisse, quod nulli facit ad rem circa deceptionem testatoris, cum machinationibus, & falsis præsuppositis.

Supponebatur item quod ex parte feudogeniti constitueretur fundamentum in autoritate Molin. de Primog. lib. 2. c. 4. n. m. 47. & segg. aliorumque Hispanorum, de quibus Castill. rom. 6. cap. 121. num. 50. & segg. ut ex Regia autoritate concessa pro erectione unius majoratus fieri posset erectio duorum.

Verum id profertur inane videbatur fundamentum, quoniam, ut advertitur sub tit. de fideicommiss. disc. 7. & 13. & tit. de regal. disc. 162. & alibi pluries, Hispaniarum Majoratus, de quibus allegati auctores, alique Hispani loquuntur, sunt de triplici specie; Primò nempe ubi agatur de illis Civitatibus, Oppidis, & locis, quæ ad instar nostrorum feudorum Italia, vel Germania conceduntur alicui, ejusque descendentiibus, ex munificentiæ Regis, vel in remunerationem servitorum, cum ordine Primogenituræ, sive majoratus; Secundo in illis majoratibus simplicibus, sive majoratus, secundo in illis majoratibus, ex privata dispositione eriguntur absque privilegio, vel autoritate Regis, eodem modo, quo in Italia ordinamus primogenituras, & majoratus, de quibus sub tit. de fideicommiss. disc. 1. cum pluribus segg. Et tertio in illis majoratibus, quia scilicet eriguntur ab alio, utraque specie participantibus, quia scilicet eriguntur ab alio privato in ejus propriis bonis differentibus, vel etiam in jurisdictionalibus, & qualificatis in Civitatibus, & Oppidis ab eo questis ex causa onerosa, sed desuper obtinentur autoritas Regis, ad effectum nobilitatis, & præmientiarum, ac etiam magis stabilimentis habilitatem, adeo ut sit privilegium facultatum concessum in gratiam illius, qui poterat eo non uti, atque poterat de illis bonis diversimodè disponere.

De hac tertia specie mixta loquuntur præfati DD. admittentes potestatem ordinandi duos, vel plures majoratus, non autem prima, ob diversitatem rationis, dum in prima specie Princeps est ille, qui disponit, atque legem rei suæ adjicit;

adjicit, in altero autem disponit privatus de rebus suis liberè dispositionis, solumque adjicit suæ dispositioni majorem firmitatem, cum autoritate Regia; unde propterea quidquid fit de veritate, & praxi præfati assumpti in tertia specie (cum error fit manifestus absque certa praxi locorum, & Tribunalium diversarum Regionum determinatè loqui in sola fide aliorum scriptentium) cessat applicatio ad casum, quoniam feudis congruit prima species, non autem tertia.

Siquidem eo ipso, quod per Principem imprimitur feudum dignitas cum voluntate qualificandi ipsum feudum, adeo ut sit dignitas realis, non autem personalis, juxta distinctionem, de qua supra, disc. 9. & 44. & in aliis; hinc resultat per necessarium consequentiam, ex dispositione juris, qualitas individua inalterabilis à feudatario.

Ique verum etiam illi sequuntur in Castellis, & locis, quæ prius essent allodialia, & liberè dispositionis, ex recepta feudistatam, & aliorum probatione frequenter in præcedentibus insinuata, & præfatum disc. 4. 53. & 56. & in aliis, quod scilicet feudum, etiam in vera, & stricta ejus forma, constitui potest in bonis propriis, ac liberis, & allodialibus, quæ ob aliquem finem à Principe recipiantur, seu recognoscantur in feudum, atque feudalis qualitas in eis imprimatur, dum ita occultatur actus donationalis factæ per in feudum in feudum, à quo recognoscitur in feudum.

Hactenus scribendo ad causæ opportunitatem tamquam Advocatus, reflectendo autem ad veritatem, credebam, quod quatenus pertinet ad ipsum corpus feudi, præmissa essent de jure vera, quodque de stricta juris censura, ex dicta regula, quod potius, nobis, & factis esset casus infestæ successioni, ad præfatum investituræ feudalis, quæ attenda, successio extra controversiam debita esset primogenito.

Difficultatem verò cadere posse considerabam in ejusdem feudi pretio, seu valore, saltem pro illis tresdecim quindenis, quæ præfatus Philippus quaeserat, ac etiam pro bonis allodialibus ab eodem quoque acquisitis, quoniam licet quoad ipsum Dominum, alioque agnatos diversarum linearum istud esset feudum antiquum, at tamen quoad Philippum videbatur feudum novum, ut potest ab ipso ex causa onerosa acquisitum, & per consequens, quod in ejus hereditate adesset pretium, tamquam allodialè, ad cujus participationem primogenitus feudis successore teneretur erga feudogenitum, æque heredem in allodialibus, juxta superius deducta disc. 12. & 19. & 21. & in aliis.

Verum id erat extra casum, vel punctum controversiæ, in quo solum agebatur de successione in ipso corpore feudi, ac propterea id cadere potius videbatur in alia controversia, quæ pendebat coram Magistratibus, & Judicibus pro parte patriæ super hereditate allodiali, & sic extra punctum questionis.

SIGNINA PRO DUCE LUDOVICO SPORTIA, CUM DD. FRANCISCO, ET FRATRIBUS DE SPORTHIS.

Causa pendet in Rota.

De feudi dividuitate, vel individuitate, an etiam dividuum effici poterit individuum ex concordia, vel alia conventionione in præjudicium successorum.

Et de aliquibus ad materiam immisionis, vel possessionis adipiscendæ in vim investituræ.

SUMMARIUM.

- 1. Fidei series.
2. De punctis causæ.
3. Quare Signatura gisset de meritis causarum.
4. Vigore investituræ feudalis competit immisso ex remedio l. fin. C. de edict. Divi Ad.
5. De legitimo contradicatore, qui faciat cessare judicium possessorium.
6. Non datur immisso, ubi ad sit transactio vel judicata propria.
7. De transactioe, an obliget successores feudi, ex persona propria.
8. De feudis dividuis, & individuis.
9. Quando transactio non imponet novum jus, sed comprebensivem, & corroboratorem status antiqui.
Card. de Luca, Lib. 2.

10 De distinctione inter observantiam præscriptivam, & interpretativam.

11 Advocatio successorum sanguinis in numero plurali, faciat per necesse feudum dividuum.

12 Quod expediat magis feudum esse individuum.

13 De capacitate Clericorum in feudis Status Ecclesiastici.

14 De differentia inter præfatum præscriptivum, & illud præsumptionis.

15 Feudum dignitatis regulariter est individuum.

16 De qualitate antiquorum titularum.

17 Quod id sit considerabile ad effectum individuitatis feudalis.

18 De consuetudine Lombardie, aliorumque locorum super dividuitate feudorum, etiam dignitatis.

19 Quod attestacionibus Doctorum non sit referendum, ubi præfatum non sint versati de regione, & de ratione errorum.

20 De abusu Collectorum, & pragmaticorum.

21 Participacionibus defrutibus, & emolumentis feudi individui, quæ alio competat.

D I S C. CXV.

Signina Civitatem, quam ex concessione Pauli Tertii in feudum ab eo tempore possederant Sportiani, Comes S. Floræ, pro debitis Ducis Marii Primogeniti, ad præfatum Bullæ Baronum, vendidit Congregatio Baronum, sed aliquid breve tempus ob dictæ venditionis nullitatem, Dux Ludovicus Marii filius, ac etiam tres ejusdem Marii fratres judicium reintegracionis intenterunt adversus Emporem; emanata sententia, & effectum quoque sortita in persona Ducis Ludovici tantum, qui jure primogenituræ possidebat dictum Comitatum S. Floræ, alioque hujus familie Caltra, & feuda, de quorum aliquibus in Ducatu Placentino habetur mentio supra, disc. 43. & 104.

Post decursum autem annorum circiter triginta, pluribus exortis controversiis inter præfatum Ducem Ludovicum ex una, & Cardinalem Fidericum patrum, ac filios D. Pauli alterius patrum prædefuncti, adeo ut hanc speciem redolerent, quod uno recito capite, septem alia prodierint, inter alias fuit ista immisionis contra Ducem possessorem, pro eorum portionibus intentatæ à præfatis colligantibus ad hanc Civitatem, in vim præfate investituræ Pauli tertii, coram A. C. ex commissione Papæ, procedente cum voto aliorum duorum Prælatorum, sive adjunctorum, emanatæ sententia favore Actorum, per Signaturam gratiæ commissæ fuit appellatio, etiam ad effectum suspensivum, in Rota, ubi pendet.

In disputationibus desuper habitis, tam coram A. C. & adjunctis, quam etiam in Signatura Gratiæ, super modo rescibendi, ad effectum etiam suspensivum, quem actores in vim Egidianæ non intrare contendebant, duo erant puncti, sive inspectiones; Primò nempe ordinis, super competentia, vel incompetentiæ præfati judicii possessorii; Et secundo super meritis, ad ostendendam injustitiam, cujus ratione admitti debet appellatio, etiam in judicis summaris, & executivis, ut frequenter alibi insinuatur, & præfatum sub tit. de judicis, disc. 37. & 44. & in relat. Curie disc. 30. & 31.

Quatenus itaque pertinet ad primum punctum ordinis, non negabam scribens pro Duce Ludovico Reo convento conclusionem ex parte Actorum deductam, ac pluries insinuatam, præfatum hoc tit. disc. 42. & sub tit. de Emphyteut. 25. ut vigore investituræ feudalis competat remedium text. in l. final. C. de edict. D. Adr. tollend. sive ad instar, ex autoritatibus ibi allegatis.

Dicebam tamen, quod cum eisdem terminis fideicommissi factis, vel beneficialibus, quos adeo frequentes in praxi habemus in proposito hujus interdicti possessorii, præfatus Dux dicebatur erat legitimus contradicitor, upotè veniens ex eadem investitura, & sic ex eodem fonte, eodemque titulo, super cujus interpretatione erat questio, an scilicet eadem investitura intelligenda esset de feudo dividuo ad formam juris Longobardorum, vel de individuo deferendo, cum ordine Primogenituræ ad formam juris Francorum, & per consequens quod intraret termini legitimi contradicitoris, ob cujus interventum cessat hoc judicium possessorium privilegium, & procedendum est in judicio ordinario petitorio, ex his, quæ in materia beneficiali habentur in beneficis, disc. 73. & sub tit. de judic. d. disc. 44. & alibi pluries, cum sit conclusio certa, quoties omnes veniunt ex eodem fonte, eodemque titulo, absque illa disparitate tituli melioris, vel deterioris, quæ considerari solet in beneficialibus, ratione subrogacionis gratioræ, & in terminis investituræ

& Nunc controversia, cujus benevola compositio assum- praesit in Urbe per Cardinales Caraffam, & Portocarrum, utriusque Parisi respectu conjunctos; istisque meum votum concorditer petentibus, discussim edidi in ratione motivandi super iis, super quibus, tam in facto, quam in jure (visis partium praesentibus) melior informatio desiderabatur, ad effectum parandi honestam concordiam.

Præcipuum autem punctum consistebat super invaliditate reservationis, qua corruente, omnes alia quæstiones circa tutelæ administrationem; ac etiam circa legata, aliaque in testamento contenta corruerant, ex defectu subjecti, dum alia in defuncti hereditate remanebant bona; quatenus verò reservatio subsisteret, adeo ut fundæ spectarent ad testatorem, & ex ejus successione ad pupillum posthumum, tunc resolutio pendebat à validitate, vel invaliditate testamenti.

Quatenus itaque pertinet ad dictum punctum valide, vel invalide reservationis, ex parte reservantis prætendebatur actus invalidus ex triplici defectu: Primo nempe ob non sequentem registrationem in quinternionibus Regia Camera infra quidecim dies ad præscriptum regie pragmatice 20. de feudis, quæ continet decretum irritans. Secundo ob aliquas reservationes, adeo ut reservatio non esset pura, sed pactio nata. Et tertio, ob non sequentem revelationem indemonstratis reservantis à quibusdam debitis, & oneribus per reservatarios accollatis.

De duobus ultimis defectibus, mihi videbatur nullam haberi debere rationem, siquidem successurum esse debet pactis, licet reservatio in proximè successurum esse debet pura, non autem pactio nata, quoadque aliis ex magis recepta sententia propter individuum voluntatis pacta, quamvis accidentalia, vident totum actum, ex iis quæ habentur supra d. 13. & 76. & in decis. Sicilie editæ super eodem d. 13. attamen id procedit quando pacta sint talia, quod percipiunt corpus, vel substantiam feudi, ejusque divisionem, vel servitutem imporent, ut contingit in reservatione usufructus, vel simili; secus autem ista circumstantia cessante, quia nempe reservatarius ad aliquid in sola actione personali, vel alium ejus intuitu in sola actione personali; aut quod sit reservatio fructuum, seu commoditatis, tanquam facti, non autem tanquam juris, adeo ut non efficiatur ipse feudi corpus, vel substantia, ex deductis locis citatis, & per Marin. in addit. ad Reverter. decis. 550.

Istæ autem reservationes, & pacta præstatum prohibentium effectum divisionis, vel servitutis feudi, producere non videbantur, cum solum adesset accollatio onerum, & debitorum domus, quæ videbatur connaturalis actui præmaturæ, seu præventivæ successione, quæ secum trahit in necessarium consequentiam onus solvendi debita, & supportandi onera eo modo, quo successor tenetur ad onera prædecessoris, nullaque nec legalis, nec connaturalis ratio suppetit, ut reservatarius debeat habere feudum, in quibus penè totus illorum Baronum assis consistit, reservator autem debitis, & oneribus subjectus remaneat; ac etiam quia hujusmodi accollatio continebat solum obligationem personalem, quæ propterea non vitiat actum, ut per adden. ad Reverter. d. decis. 550.

Mimilique vitiatum, vel resolutum præteriti poterat ex eo, quod reservatarius ad præscriptum suæ obligationis non extinxisset debita, mimilque indemnem relevasset reservantem; tum quia brevitatis temporis, ac absentia, & atas reservatarii, nec non qualitas onerum, & debitorum, aliæque facti circumstantiæ, & præsertim, quod feudorum administratio eodem modo continuaverat penes antiquos ministros, cessare faciebant omnem reservatarii culpam; tum etiam quia casus molestarum non e venerat, mimilque reservans aliquod damnum passus est; & tamen in contractibus nominatis verius est, magisque receptum, quod non implementum non causat resolutionem actus, sed solum actionem ad interesse, quoties ille non contineret causam finalem, & præciam, sine qua non, adeo ut alius tolleretur consensus ab actu, ex deductis apud Greg. & Add. decis. 130. Peuting. decis. 494. & habetur d. 18. de locat. & sepulch.

Et quamvis ista reservatio concepta esset per viam donationis, de cuius peculiaris natura, non implementum causat resolutionem, ad text. in l. 1. & 2. de donat. qua sub modo, cum concordantibus, de quibus in sua materia, sub tit. de donat. d. 9. atamen id procedere dicebam in illo implemento, quod in dies, & tempora præstatum sit erga ipsum donatorem, cum quo aliis ingratitudo committi dicere-

tur, sive quod illius defectus percuteret causam finalem, quæ verisimiliter tolleretur consensus; puta quando agatur de suppeditatione alimentorum, vel alieuius præstationis ad eundem effectum, adeo ut intrer una ex dictis rationibus, ingrattitudinis, vel deficientis voluntatis, ex deductis d. 18. de locat. quorum neutrum ad rem erat ad aptabile.

Alia reservatio in hujusmodi reservatione contentæ, non videbatur esse tales, quod actum vitarent, dum erant de frumentis, & nominibus debitorum, aliisque juribus, & negotiis, merè personalibus, quæ non percipiunt corpus, vel substantiam feudorum, atque reservatio quorumdam herbagiorum, & vinearum existentium in duobus ex pluribus feudis reservatis, erat quoque ejusdem nature, dum hujusmodi bona supponebantur allodialia, quæ ibi dicuntur burgensatica; & nihilominus, ubi etiam essent feudalia, advertebam in ratione motivandi, quod ea vitarent reservationem illorum feudorum, non autem aliorum, dum quodlibet feudum de per se constituit suam unitivitatem, neque unum habet cum altero aliquam connexionem, vel dependentiam, adeo ut totopertinet diversis feudatariis, & Baronibus, quos sunt feuda, ad instar beneficiati, possidentibus plura beneficia, non unita, neque connexa, juxta ponderationes, de quibus supra hoc tit. d. 22. & tit. de juris d. 18. d. 9. & sub tit. de præmunit. d. 7. & 29. & in aliis pluries.

Restringebatur itaque punctus ad præstatum defectum registrationis infra quidecim dies, juxta dispositionem d. regie pragmatice 20. de feudis; sed pariter iste defectus non videbatur subsistere, cum ille procedat, quatenus agatur de reservatione delicti iure assensu, quo accedente, quælibet etiam prohibita alienatio, revalidatur; ideoque decisio pendebat ab implemento solite clause, vel conditionis contentæ in eodem assensu iure super eadem registratione infra biennium sub decreto annullato, sed quoties in hoc termino implementum sequatur, nil refert, quod non sit sequutum infra dictum terminum pragmatice, juxta decis. 664. Franch. cum concord. relatis per modern. de Luca in addit. quidquid in contrarium motiver per Merlin. lib. 2. contror. 59. quoniam assensus qui præstat terminum longiorum, ita dispensat termino breviori, cum pragmatice loquatur cum præsupposito reservationis factæ sine assensu, regulariter non requiritur in hoc actu, upote redolentis præventivam successorem potius, quam alienationem; atque hinc sequetur, quod causa consistere potius in facto, quam in jure, an scilicet iure implementum in termino sequutum esset, nec ne, prout ferè omnes forenses quæstiones hodie hanc naturam habere videntur.

Advertebam quoque motivari posse ex parte Marchionis, de quæstione, de qua supra, d. 13. & latius in decisione Sicilie, super eo edita; an scilicet præmorie reituario, feuda revertantur ad reservantem, tanquam ex cessante causa; vel potius intrer in eis jus successurium, ut verum dicebam, quod in hoc motivo turum fundamentum consistit non potest, cum difficultas eadæ, quando feudum aliàs deferretur alteri, qui resisteret equitas, seu verisimilitas utriusque voluntas, juxta ponderationes, de quibus sub tit. de præmunit. d. 5. & 6. locus autem, dum ex reituario fuit superflues filius masculus, unde propterea verari videbamur in casu magis claro, quam illo, de quo d. 13. ubi agitur de superexistencia filie femine in exclusionem masculorum, ideoque aliqua æquitas resistencia dignoscitur videbatur.

Præsupposita verò valide reservationis, adeo ut remaneret subjectum habilitæ, in quo testamentum verificari posset; quatenus pertinet ad alium punctum super ejusdem testamenti validitate, cum de ista controversia ubi ad iudicium deducenda esset, agi deberet in illius Neapolitani Regni tribunalibus; hinc poiunde in discussis delictis per edito dicebam, procedendum fore cum ibi receptis opinionibus, hisque attentis, probabilis esse videbatur, quod sola qualitas feudatarii, & Baronis, non tolleretur patriam potestatem, neque habillaret filium familias ad testandum, juxta decis. 4. de Franch. quam alii sequuntur, & præsertim Constant. in l. 1. & 2. Cod. de fil. official. lib. 13. num. 50. ubi rejicit Afillid. decis. 183. Larat. thes. feud. par. 9. d. dilucid. 1. num. 8. & 9. E converso autem insinuatam, an ad aptabilis esset limitatio, de occasione actum inter vivos, habetur apud Navarr. decis. 244. qua est ultima, de Marin. resol. 234. lib. 2. num. 16. & ad Reverter. decis. 334. & refert Modern. de Luca in add. ad Franch. d. decis. 4. ut scilicet id cesset

cesset in feudatario titulado, quasi quod dignitas regalis Principis, Ducis, Marchionis, vel Comitibus, eximat à patria potestate, dum ille testator erat Marchio Piccarie, aliaque habebat consimiles dignitates, ita hæc in forma discussiva insinuando, ad ostendendum, quod casus esset dubius, ideoque dignus esset honesta concordia, ad quam parandam iste labor adhibebatur.

Post editum verò hunc discussum, magis ad utrumque punctum ex integro reflectendo, atque seclusis præfatis localibus autoritatibus; quatenus pertinet ad primum, de quo agitur in d. decis. 4. Franch. an scilicet simplex feudatarius in genere, qualis ille sit, à patria potestate eximat, testandique facultatem acquirat, dicendum videtur, quod rectè procedat conclusio in præfata decisione firmata, quoad facultatem testandi simpliciter de bonis paganis, aliisque juribus indifferenteribus, quoniam verius est, quod feudum, ubi etiam veram militiam importet, hunc effectum non operetur, dum in s. filiusfamil. instit. quibusmod. jus patr. pot. solv. literaliter disponitur, quod militiam, quinimò dignitas Consularis patriam potestatem non solvit, isto privilegio dignitatis patritatis solum attribuitur.

Et quamvis jus magis novum in l. fin. Cod. de Decurion. lib. 10. & in s. 1. & generalis, Auth. de Sanctissimis Episcopis, hoc privilegium patritatis dignitati attributum, extendat ad alia undecim munera, seu officia, vel dignitates enumeratas per Modern. Bossium de patr. potest. cap. 2. nu. 25. & 26. quod alios de more cumulat, & inter quas Episcopalis recensetur; nihilominus in eis non includitur ista militiam, qualis qualis illa sit, quamvis primi ordinis, nimiumque qualificata.

Atque habemus in Clericis, qui non solum in minoribus, sed etiam in sacris dicuntur milites Christi, atque militaribus privilegiis potiuntur, & tamen soluti non sunt à patria potestate, ex deductis sub tit. de testam. d. 34. & licet ibidem firmetur tanquam probabilior opinio, quæ illis desert facultatem testandi etiam de adventitiis; atamen id provenit ex quibusdam peculiaribus rationibus ibi recensitis, quæ non adaptantur militibus secularibus, præsertim in bonis Castrensis; ideoque stant bene simul, quod quis sit filiusfamilias regulariter intestabilis, & tamen quod per quandam speciem limitationis sit habilitatus ad testandum de aliquo genere bonorum, sive in certis casibus.

Istæ videntur stringere ad probandam inhabilitatem filifamilias feudatarii ad testandum de aliis bonis indifferenteribus, quæ cadant sub peculio adventitium, vel profectio improprio, sive ad exercendum alia jura, quæ filisfamilias interdita sunt, ob impedimentum patriæ potestatis, ut præsertim ad rem in presentem casu est facultas deputandi filio impuberi tutorem, quoniam si patria potestas generaliter durat, extandè resolat, quod nepos nasci dicitur sub potestate avi, non autem patris, & per consequens intrat certum juris principium, quod existenti in potestate patris, vel avi, non datur tutor, ac propterea duplex consideratur defectus, unius scilicet ex parte deputantis, & alter ex parte illius cui sit deputatio.

Difficultas verò adhuc subsistit respectu feudi, atque in his, quæ ipsam feudalem hereditatem concernunt, quia nempe compatibiliter cum feudo recto, & proprio, sit veritabilis testandi, vel aliàs disponendi facultas; vel scilicet etiam in feudo antiquo pacti, & providentia, deputandi balium successore pupillo, aliàs disponendi pro recta feudi administratione, donec atque pupillaris daret; vel gravandi successorem intra limites valoris feudi, juxta illam facultatem, quæ etiam in feudis antiquis in forma pacti, & providentia, conceditur feudatariis Regni Neapolitani, ob admixtam qualitatem hereditariam; sive ob plures enunciaram facultatem, quæ conceditur primo acquirenti titulo oneroso gravandi etiam in valore cum similibus casibus, in quibus hæc facultas testandi, seu aliàs disponendi sit exercibilis.

In his etenim, vel similibus, probabilis adherendum videtur potius sensibus Afillid. decis. 183. quam Franch. d. decis. 4. Cum præsupposito tamen, quod agatur de illis feudis veris, & propriis, quæ concedantur à domino directo, habente jura Principatus, & regalia majora, illud præsertim iudicium publicum bellum, & forandis exercitum, adeo ut verificetur in feudatariis, quod sint milites primi ordinis, Ducem habentes ipsum Dominum, & Principem, juxta ponderationes, de quibus supra in annot. ad d. 1. & 2. 53. & 54. & aliis pluries, dum in illis infendantibus, qui hoc jus exercitum, & publice militiæ, hodie

non habent, non verificatur vera qualitas militaris, neque verum, & proprium feudum, ut locis citatis advertitur.

Postea etenim ista vera militiam magis qualificata, & primi ordinis, nulla subsistere videretur ratio, cum feudo magis, quam aliis bonis indifferenteribus occasione militiæ quæsitis, congruere non debeat terminus peculii castrensis, dum ipsum feudum importat veram militiam, etiam majorem, magisque qualificatam, per argumentum à majoritate rationis.

Idque clarè comprobatur videtur ex communi, & recepto sensu feudatarum, de quo supra, d. 21. cum seqq. & alibi pluries, ut scilicet feudatarius duplex habeat patrimonium, seu duplicem diversum heredem universalem, unum scilicet paganicum, & alterum militarem, etiam diversæ nature, quia unus sit testamentarius, & alter legitimus, sive ab intestato, quod juri principis repugnat, neque alia ratione subsistitur, nisi ob privilegium militare, quodque feudum sit patrimonium militare, vel castrens, contradistinctum patrimonio paganico, ergo manifestum esse videtur, quod in eo fortis intrer termini peculii castrensis.

In idem quoque rectè confert dispositio text. in l. cum multa, C. de bon. qua liber. cum concordantibus, de quibus sit. de servit. d. 60. quod scilicet ea, quæ immediatè obveniunt à supremo Principe, non subjacent nexibus patriæ potestatis; & hic est casus in feudis veris, & propriis, quorum dominus sit Princeps supremus, habens jus belli publici, ut supra, dum feudum verum obtineri dicitur in capite à Rege, vel à Principe; alia verò feuda, quæ obtinentur à Baronibus, aliisque subditis, dicuntur subfeuda, seu feuda plana, & de tabula, aut aliàs impropria, alio die potius speciem habentia, juxta distinctiones, de quibus supra d. 7.

Et quamvis apud Franch. d. decis. 4. numer. 8. & 9. id admittatur quando agatur de illo feudo, quod ipsi filio per Principem ratione militiæ, & in remunerationem servitij militiæ concessum sit, secus autem ubi de feudo antiquo, vel novo, quod per Patrem illum referatur fuerit, quasi quod istud habeat speciem peculii profecti, & atamen (pace viri doctissimi, & apud me summe venerationis) istud videtur æquivocum clarum tanto viri incongruum (unde propterea in omnibus experimur imperfectiones humanæ imbecillitatis) quoniam feudum verum, & proprium est beneficium, quod directè, & immediatè obtineri dicitur à Principe tanquam species officij, vel magistratus ab alterius dependentia, quamvis non ex meritis propriis concessionarii, sed ex illis ejus patris, vel alterius concessio sequatur; quinimò etiam ex causa verè onerosa, cum pecunia patris, vel alterius, dum id operari poterit, ut feudatarius sit debitor pretij, in quo gravari possit, in idque, ubi proveniat à patre, speciem habeat peculii profecti, sed non per hoc ipsum corpus feudi dici possit profectum, quoniam istud semper dicitur obtineri immediatè, & in capite à Principe; eo modo quo provius per Papam de aliquo beneficio, ex resignatione ad ejus favorem per alterum facta, vel aliàs intuitu meritorum alterius, ipse dicitur beneficiarius, qui directè, & immediatè jus metitur à Papa.

Et conferunt quæ pluries habentur sit. seq. de regalibus, ad materiam officiorum, & locorum mortuum, quod ille in cuius faciem est descriptum officium, seu alius jus regale, dicitur verus officialis, vel creditor Principis, quamvis cum alterius pecunia officium, vel jus questum sit; magisque ad rem conferunt ea, quæ habentur supra, d. 24. super conclusione, quod in feudis non datur simulatio, neque locum habet regula plusvalere, quod agitur, C. de Ergo proflus improprium est dicere, quod feudum dici valeat profectum, quodque eadem habeat naturam peculii castrensis, quatenus concedatur ratione patriæ militiæ, dum isto casu non requiritur qualitas feudalis, quoniam quidquid ista occasione acquiritur de bonis indifferenteribus, istam habet speciem, pro qua neque opus est, ut bona obveniant à Principe supremo, dum sufficit, ut illa ex ista occasione quovis modo quarantur; & per consequens privilegium, quod conceditur bonis à Principe obvenientibus, est quid diversum ab altero bonorum castrensis, adeo ut si concessio ex alia causa, quam illa belli, vel militiæ fiat, idem privilegium intrer, ergo multò magis intrare debet in feudo, quod utramque speciem habeat, immediatè scilicet concessio facta à Principe, & causa militaris, si non de præterito, saltem de futuro, dum feudatarius efficitur miles, cum fidelitatis juramen-

tamento militiae, saltem apud personam ipsius Principis adfructus.

Neque iudicia videtur differentia considerata in dist. decif. Franch. inter feudatarium noviter creatum, & illum qui iure successorio per mortem, vel per refutationem à patre, vel alio maiore obtineat, quoniam, ut advertitur sub tit. de cred. dist. 13. 27. & 131. occasione agendi de articulo, an in feudis inter separatio bonorum, & an creditores heredes cum assensu feudatarii obtinere dicatur directe, & immediate à Rege, vel ab alio Principe domino directo, per occultam extinctionem iuris feudatarii morientis, vel refutantis, eodem modo, quo in praedicta fede regalia habetur de officiis, & locis montium, quae ex alterius resignatione obtineantur, & ad instar provisionis beneficii Ecclesiastici ex causa resignationis, ut supra, dum renovatio expressa, vel implicita, quae conceditur novo successor, habet speciem novae investiturae.

Ad rem quoque nimirum conferre videtur ponderatio desumpta ex historia iuris civilis, de qua in his terminis feudibus supra, dist. 2. & 36. & in aliis, & tit. seq. de regal. dist. 2. & tit. de servit. dist. 1. & aliis, quod scilicet quando prodiit usus feudorum, atque prodierunt leges, vel consuetudines feudales, vel ignotum, vel non receptum erat civile Romanorum, & per consequens, improprium est, regulare materiam feudalem cum praefati iuris civilis terminis, ac dispositionibus, praeterquam in subsidium iuris proprii, quoniam etiam iuris canonici, quod potius est attendendum, neque incongruum ponderationes, de quibus d. dist. 34. de res. occasione facultatis testandi in filiofamilias Clerico.

Ideoque concludendum videtur, quod feudum simplex quod dignitatem annexam non habeat, sit autem verum, & proprium, immediate scilicet à Rege, vel à supremo Principe, non liberat personam à patria potestate, quoad alia bona, & iura indifferenter independentem à feudo, sed in iis, quae concernunt feudum, vel personam feudatarii, habendum veniat tanquam pater familias.

Hactenus de feudatariis simplicibus, non titularis, iuxta primam inspectionem, ut supra distinctam, & regalem verò pertinet ad aliam speciem feudatariorum regaliū, & dignitatis, cum iuri communi Romanorum ignotus esset feudorum, & feudatiorum usus, hinc proinde non bene super propositione, seu limitatione de qua supra num. 10. Mastrilli. de magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 218. qui adducit solet per alios Modernos eod. num. 10. allegatis, tanquam antesignanos, ad id allegat text. in §. filiofamilias in fin. quib. mod. ius par. pot. solvit. dum neque in dicto textu instituentium, neque in aliis amplioribus, de quibus supra, agit de huiusmodi feudatariis titularis, tunc ignotis, sed de aliis officiis, & dignitatibus; neque Jaf. per eundem Mastrilli. allegatis, ad hanc speciem descendere videtur, cum solum num. 18. agat de dignitate Episcopali, de qua jus civile expressè disponit, ac propterea liquet, quod traditio Novar. & Marin. sunt in fide parentum pro consuetudine collectorio, seu pragmatico more, ex mala fundata origine, destituta ratione, & auctoritate, ut in multis experimur; quod scilicet uno aliquid afferente, alii sequuntur, atque uno alterum transcribente fit magnus cumulus testium de auditu ab uno, qui non dicit verum, vel est male informatus, nullamque sui dicti rationem assignat, vel falsam, istaque est quotidiana miseria huius facultatis, cum quadam sneptia, qua nulla major.

Examinando autem articulum per rationes, & principia, ut decet, quando casus legis non habetur, magnum nimirum quae solemne videtur aequivoctum, firmate hanc propositionem ita generaliter, & in abstracto, quod scilicet feudatarii regales, & dignitatis existuntur à patria potestate, idque ita firmatum applicare nostrorum temporum Baronibus, & Domicellis, habentibus titulum Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum; siquidem, ut advertitur pluries in hoc tit. de etiam tit. de praesent. dist. 26. & 35. & tit. de pens. dist. 48. variaz hodie sunt species titulorum inter se nimirum diversae, ideoque profus erroneum est cum hac generalitate procedere.

Veri etenim feudatarii regales, ac dignitatis, sunt illi Principes, Duces, Marchiones, & Comitibus, qui exceptis alto domino, & majori superioritate, aliisque in investitura reservatis, obtinent feudum pleno imperio, & cum regalibus, adeo ut feudum redeat supremum principatum, ut sunt (ex. gr.) Duces Mediolani, Parmae,

& Placentiae, Mutinae, & Rhegii, Mantuae, Senarum, & similes; & in istis rectè procedit assumptum, quoniam sunt Principes soluti legibus civilibus, à quibus jus patriae potestatis derivat, eisque derogare possunt, cum tenent vis legibus habeant, quatenus eis placeat, ut in suo principatu ferventur, & per consequens illarum subjectionem non patiuntur.

Prout etiam ad effectum de quo agitur, sunt illi feudatarii imperiales minoris sphaerae, quorum plures habemus, praesertim in Lombardia, aliisque partibus superioribus Italiae propè montes, cum eadem dignitate, seu titulo, Principum, Ducum, & Marchionum, quoniam licet reputentur inferioris ordinis de facto, ratione minoris potentiae, & exigui territorii, unde propterea non habent de facto exercitium juris regalis, indicendi bellum publicum, atque formandi exercitium, neque veniunt sub nomine illorum Principum; qui quondam seculum, vel figuram Regni habere videntur, iuxta ponderationes, de quibus sub tit. de iur. patron. dist. 2. At tamen in reliquis habent alia regalia, nempe fiscum, & confiscationes, bona vacantia, consensionem monetarum, creationem Doctorum, & Notariorum, jus privatum, vel prohibendi, ac alterum jus habendi arces munitas, necnon facultatem concedendi leges, cum propriis subditis, eisque derogandi, vel dispensandi, & per consequens eadem intrare videtur ratio.

Solique ratio dubitandi cadere videtur in casu, de quo agitur sub tit. de alienat. & contratt. prohib. dist. 37. quod scilicet habentes huiusmodi feudis minoris potentiae, sed cum regalibus, & cum vera dignitate, ut supra, vivant in alieno principatu, in quo Baronum, & Domicellorum subditorum figuram faciunt, iuxta aliam causam, de quibus sub tit. de iur. dist. 90. cum similibus, an scilicet, quatenus hic titulus adhuc habeat patrem, dicendum sit, necne, subiectus patri potestati, & ex deductis in specie d. dist. 37. de alienat. & contratt. prohib. ubi videndum.

Alter e converso est casus oppositus, quod scilicet agatur de titularis, sine feudo nobili habitato, cum jurisdictione, & imperio in vasallos, sed ex solo privilegio alicuius Principis, iuxta causam, de quo sub tit. de pens. dist. 48. Et tunc, cum ista dicatur dignitas omnino impropria, & abutiva, in sola nuncupatione, pro aliquibus speciebus honorificis, planum, atque certum videtur, ut haec species dignitatis praefatum effectum non producat, cum nulla suppetat ratio, quae id sustineat.

Tertius casus est illorum Marchionum, & Comitum, quorum adeo frequentem usum habent, Lombardia, aliaque superioribus Italiae partibus versus montes, quod scilicet iuxta consuetudinem eorum clarum supra, dist. 8. & alibi pluries agatur de exiguis feudis dividuis ad formam iuris Longobardorum, quibus annexa sit dignitas Comitibus, vel Marchionibus in hac forma dividua, adeo ut omnes nuncupentur Comitibus, vel Marchionibus, quotquot sint agnati, & descendentes à primo stirpe, quamvis aliquam modicam habeant participationem fructuum, & emolumentorum, ac etiam jurisdictionis, iuxta illam magnam divisionem dari solitam, quae (ex. gr.) recensetur in Januen. Feudi Arguatis, dist. 114. cum similibus. Quinimo, quod etiam sine hac participatione, quae fit penes patrem, eod. adhuc vivente, tandem nuncupationem, seu titulum assumant filii, adeo ut detur casus, quod major sit numerus Marchionum, vel Comitum, quam ille vasallorum; & tunc, licet ista dignitas dici non possit omnino ficta, & idealis ex solo privilegio super feudo alieno, vel ideali, quod nuncupatur dell' Avena, adhuc tamen videtur dignitas impropria, & abutiva, cum de facto isti facere potius videantur figuram privatorum nobilium, & per consequens, ut ista exemptione non potiantur.

Quarta demum est species adaptabilis ad casum praesentis controversiae, quod scilicet agatur de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, qui in forma individua juris Francorum, atque ad similitudinem feudatiorum regaliū, & verae dignitatis, possident Civitates, Oppida, & Castra habitata, cum vasallis, ac mercato, & mixto imperio, sed sint subditi cum omnimoda subordinatione Principi in feudantibus, in qualitate Baronum sine regalibus, quae sint penes ipsum Principem, aliquibus exceptis, quae ex eisdem Principis privilegio explicito, vel implicitè deducto ab antiqua possessione, quodam jure singulari, & per vi limitationis regulae obtineantur, ut propriè sunt titulari regnorum utriusque Siciliae, ac etiam Baronum, & Domicelli Urbis, & Status Ecclesiastici immedia-

mediati, obinentes eisdem titulis; & tunc destricta iuris censura istis non congruat ea, quae de Principibus, Ducibus, Marchionibus, & Comitibus disposita sunt, cum ista dicantur dignitates potius impropriae, & abutivae, per deducta praesertim in supra allegatis d. dist. 26. & 35. de praesent.

Verum quia (ut locis citatis advertitur) perquam imaginem antiquarum dignitatum, quae in eisdem Civitatibus, & Oppidis, vel Regionibus aderant, huiusmodi titulari pluribus gaudet praesentibus, & praerogativis, & praesertim (loquendo iuxta mores praedictorum Regnorum) constituant corpus nobile Regni, seu Principatus, una cum Principe, qui est caput, ideoque tanquam membra sedent ad eius latus, atque cum eo interveniunt in publicis parlamentis, in quibus de gravioribus Regni, vel Principatus negotiis agatur, ita (ut dictum est) unum, & idem corpus efformantes, tanquam per speciem Senatus; hinc proinde probabilis videtur, quod eis adaptetur, & congruat terminus illius patriae dignitatis, de qua loquitur textus in d. §. filiofamilias, in fin. quib. mod. ius par. potest. solvit. Quoniam, ut nuncupatur advertunt ibidem Doctores, ista dignitas patriarum non est illa, quam (non sine aliqua jurisdictionis occasione) sibi assumunt etiam parvarum Civitatum, & Oppidorum nobiles nimirum privatae fortunae, & illius simplicis nobilitatis, quae illos distinguit à plebeis, iuxta distinctiones, de quibus d. dist. 35. de praesent. derivato isto vocabulo à descendentibus illorum centum Patrum, quos Romulus elegit, sed verè, & propriè denotat majorem dignitatem Senatoriorum eorum, qui Principi assistunt, atque aliquam cum eo habent participationem, in Reipublica, seu Principatus regimine; & ex qua ratione in his terminis Doctores concorditer inferunt ad dignitatem Cardinaliatum, ut operetur eundem effectum, quem operatur Episcopatus circa exemptionem à patria potestate.

Applicando itaque ad rem, quando ista refutatio praesupponenda esset valida, tunc videbatur, quod iste feudatarius decoratus penes omnibus dignitatibus, Principis, Ducis, Marchionis, & Comitibus, cum pluribus feudis qualificatis, in numero copioso, habendus esset pro patre familias; potissimè, & claritius dum aliquae species istarum dignitatum, ut sunt Marchionatus Valti, & Plicariae, erant magis qualificatae, ob aliam majorem dignitatem primatus Hispaniarum, ob quam ad instar Cardinalium, cum Papa, sedetur ad altera ipsius Regis; & quo magis istae dignitates vivente patre per filium obtentae sunt ex eisdem patris refutatione, eo magis quadam implicita emancipatio inesse videtur, ad instar eorum, quae habentur tit. de credito, dist. 86. de patre consensum praestante, ut filius Devotionatum, seu aliud minus publicum assumat.

Motivabatur etiam de nullitate testamenti, conditi cum Notario, & tribus testibus; verum id nildelevare videbatur; tum ob validitatem iuxta illas leges ex deductis tit. de res. dist. 11. tum etiam quia in omnem eventum idem posthumus effectus successor intectus, ideoque tota causa restituebatur ad invaliditatem refutationis.

ROMANA CONCURSUS CREDITORUM.

PRO CREDITORIBUS CUM ASSENSU CUM CREDITORIBUS SINE ASSENSU.

Casus pendet in Congregatione Baronum.

An prohibitio alienandi, vel obligandi Castra, alia bona jurisdictionalia, quae resultat ex Constitutionibus Apostolicis, capiat tenentas, & praedia, quae per Baronem, vel Domicellum ex titulis particularibus quaesita sint, & possidentur intra fines ejusdem Castris, seu loci jurisdictionalis.

S U M M A R I U M.

- 1 De creditoribus cum assensu, praesertim anterioribus sine assensu in locis jurisdictionalibus, & prohibitis.
2 An id procedat in feudis, & locis privatis existentibus intra Castrum.
3 In idem de Constitutionibus de non infundando.

- 4 De incorporationibus novarum acquisitionum, vel additionum.
5 De majori pretio bonorum jurisdictionalium.
6 De eodem puncto, de quo num. 2. & quomodo in eius decisione sit procedendum.
7 De eodem, & de distinctione plurium casuum, & bonorum.
8 Distinctiones continent praesumptionem juris contrariam perfectè elidibilem.
9 De applicatione distinctionum ad casum controversiae.
10 Quando voluntas incorporandi attendatur, necne.
11 De ejusdem voluntatis incorporandi argumentis.
12 De comparabili concursu plurium personarum, vel titularum incompatibilium.
13 De concessionibus privatis, quae per Barones fieri possunt circa contraventionem Constitutionum.

D I S C. CXVII.

De Eslo per Congregationem Baronum puncto, disputato in concursu creditorum Principis Ludovisi, super pretio Status Zagorae, ut scilicet creditores posteriores cum assensu, praesertim creditoribus anterioribus sine assensu, ex ea ratione, de qua etiam supra, dist. 79. & aliis, quod scilicet in bonis non existentibus in libero commercio, atque obligari prohibitis sine licentia, vel assensu Principis, vel alterius, creditores qui assensu careant, comparative ad eos, qui illum habeant, habendi sint tanquam Chirographarii concurrentes cum hypotheccariis, ex deductis in isto casu praesentibus sub tit. de credito, dist. 13. 5. 1.

Ex parte creditorum anteriorum in tempore sine assensu, excitatum fuit motivum, ut scilicet dictum assumptum rectè procedat in ipsis Castris, & bonis jurisdictionalibus in universum, eorumque pretio pro rata, non autem in rata illius pretii, quod proveniat ratione tenenturum, villarum, palatio- rum, vinearum, aliorumque praediorum tam rusticorum, quam urbanorum, quae ab eodem Barone, seu Domicello debitorum, ad instar ejuslibet privati civis, vel incolae intra fines ejusdem status possiderentur jure privato, ut inquit quaesita ex privatis titulis emptionis, vel aliorum contractuum, sive ex industria constructis, ex recepta propositione, de qua supra, dist. 2. & 3. 47. & 56. & in aliis pluries, quod scilicet ex reduplicacione plurium personarum formalium, quae datur in eadem persona materiali pro diversitate respectum, ista bona considerentur, tanquam privata, & indifferencia, contradistincta ab ipso corpore castris, seu loci jurisdictionalis.

Atque ad probandum, ferentes pro huiusmodi creditoribus sine assensu, omnia penè ad literam defumebant ex iis, quae habentur à me superius deducta dist. 61. & 62. illa exornando cum aliquo majori, & superfluo verborum, & allegatorum apparatu.

Ponderando etiam communem praxim ponderatam quoque d. dist. 61. ad interpretationem aliarum Constitutionum Apostolicarum de non infundendis, quod scilicet Barones, & Domicelli, prohibiti alienare Castra, & bona jurisdictionalia, in toto, vel in parte per quotas, passim alienant titulo venditionis, vel donationis, solum, sive ex altero emphyteusis, vel perpetuae locationis, ac etiam donationis, concedunt penes terre, & vineas, aliaque praedia, & bona, dum alias esset eis penitus interdicere commercium.

E converso autem aliqui scribentes pro hac parte, insistebant in eo, quod plerique Doctores, agendo de incorporatione Civitatum, & Provinciae de novo conquistatarum alicui Regno, vel Coronae, exemplificare solent in aquis dulcibus, provenientibus ex privatis fontibus, vel rivulis, quod intrantes in mare, efficiuntur maritimae, vel saltae, ipsiusque maris naturam, & qualitatem assumunt, saltae dispositiones habitas in casu, de quo supra, dist. 2. abique occasione comprehensionis sub legibus, agitur etiam supra, dist. 83. & alia occasione viarum intrantium in plateam, agitur sub tit. de regal. dist. 135. Adhibendo quoque consuetum nostrorum dictum, quod jurisdictionis fit quid universale, tanquam nebula supra paludem, ideoque eo ipso quod Baro, vel Domicellus, bona privata acquirat, illa cadant sub dicta nebula, & effectantur jurisdictionalia.

Item in praemissorum comprobationem, in congressibus desuper habitis, arguebam ego ab observantia circa praesentibus, seu valorem, quoniam si Baro, vel Domicellus emit tenentas, aliaque praedia privata ad rationem (ex. gr.) quatuor pro centenario, penes ipsum evadunt bona jurisdictionalia, unde propterea in ultimacione ipsius Castris, seu loci

loci jurisdictionalis, ita estimantur ad rationem duorum...

Quamvis autem ego scribens pro hac parte creditorum...

Ubi etenim agitur de prima magis communi, & frequenter...

Aut vero agitur de illa specie feudi, vel castri, que importet...

Veniunt quoque est simplex juris presumptio, que cedere...

(ut primum est) quæstio revera dicenda potius est facti...

Applicando autem ad rem; Cum supponeretur, quod ista...

Primo etenim casu (etiam cum sensu veritatis) omnino certum...

Quare difficultas restringi solum videbatur ad presumptionem...

Et quamvis hujus voluntatis incorporandi argumentum desumitur...

Non leve tamen hujus voluntatis adminiculum desumitur...

Non videbatur autem subsistere dicta consideratio, que se habet...

Minus est converso considerabilis videbatur observantia, quod...

aliquæ prævis, existentibus in territorio Castri, quoniam...

ROMANA PALATII PRO DUCE LUDOVICO SPORTIA CUM CARDINALI FRIDERICO PATRUO.

Casus disputatus in Congregatione Baronum, ubi pendet.

An bulla Baronum comprehendat legata, quæ per Cardinales, aliasque personas Ecclesiasticas facta...

Et incidenter an ille, qui rem suam allodialem, & liberam...

SUMMARIUM.

- 1 Facti series. 2 An bulla Baronum comprehendat legata. 3 An comprehendat bona Ecclesiastica. 4 Quod comprehendat etiam dispositiones Pontificum, & Cardinalium. 5 Complectitur etiam bona possessa per Cardinales. 6 De eodem de quo n. 2. 7 De differentiâ inter statuta localia, & leges Principis supremi in suo Principatu. 8 De eodem de quo n. 3. 9 Quando dicatur legatum factum personis Ecclesiasticis. 10 De materia primi acquiritoris ex causa onerosa, ut successoribus præjudicare valeat, quando talis dicatur.

DISC. CXVIII.

Pluribus exortis controversis enantiatis etiam supra disc. 115. inter Sportiades S. Florie, cum tam Dux Ludovicus...

In hac igitur disputatione plura deducebantur per defensores Cardinales; Primum nempe quod istud esset legatum...

Et secundò ponderabant ea, quæ habentur supra, disc. 93. super puncto, quod hæc Bulla non capiat bona de dominio Ecclesiasticum...

His tamen non obstantibus (etiam cum sensu veritatis) aliis...

contrarium responderi debere, dicebam, quoniam Bulla in §. 10. loquitur...

Minusque eam cessare facit Cardinalitas, vel alia Ecclesiastica...

Quatenus verò pertinet ad objecta: Nullius momenti videbatur primum...

Clarius verò, ac ad evidentiam, quoniam dum Bulla loquitur de casibus...

Advertebam quoque, æquivocone videri adhuc strictos, & rigorosos terminos...

Quo verò ad alterum obiectum, quod ageretur de dispositione Ecclesiastica...

Et ulterius verè, & propriè istud dici non poterat legatum factum personis Ecclesiasticis, unde propterea bona dici possent...

- 6. Pro transactione sufficit timor litis.
- 7. Transactio cum auctoritate superioris magis afficit.
- 8. De rescissione transactionis, ratione lesionis.
- 9. Quod iuramentum tollat omne obsequium juris Civili.
- 10. Quando iuramentum non valdet pactum de non dividendo.
- 11. De eodem, & quale pactum perpetue communionis reser- vandatur.
- 12. De invalida conventionione super mandato irrevocabili.
- 13. Quod communio quoad administrationem sub uno, non importet talem communionem.
- 14. Expediit ut administratio sit penes unum potius, quam penes plures.
- 15. Clericatus operatur incapacitatem feudi.
- 16. De reservatione in proximis successurum.
- 17. De prohibitione conventionionis super feudis sine assensu.
- 18. De distinctione confirmationis in forma communi, vel specifica.
- 19. Divisiones in feudis dividuis fieri possunt etiam inaequales inter successores.
- 20. Quare non debeant adhereri in his feudis doctrina Regnicolarum.
- 21. De unione feudorum, & an importet alienationem.

D I S C. CXX.

O bventis ob mortem patris in tres fratres plaribus feudis antiquis pacti, & providentia dividuis ad formam juris Longobardorum, pluribusque bonis allodialibus paterna hereditatis, inita fuit inter eos conventio, ut, si feudum natura non immutata, & abique praedictio, vel alienatione investituram, pro eorum iure solo personaliter, in communiōne ad vitam perseverare deberent, neque ad divisione provocare, praeterquam in casu legitima successione, superfluum in portione deficientis, facta inter eos quodam reddi quum repartitione, cum protestatione, ut exinde ipsorum bonorum in substantia divisio facta non censeretur, iudicialionem, ac administrationem feudorum, cum mandato irrevocabili committendam, cum ordine primo geniturae, illi majori natu, qui praesens esset, cum autem ad aliquod tempus tertio genitus, extrajudicialiter, adversus dictam fructuum repartitionem, tanquam competens inaequalem, reclamasset, hinc se interponente quodam Principis supremo Magistratu, vel Ministro, ex illius declaratione, & consilio facto ad favorem dicti tertio geniti quodam augmento, devenit est ad concordiam, per quam dicta prior conventio confirmata fuit, cum amplissimis clausulis, & verbis, quicunque exceptioni, vel praetentioni renunciando, dictaque concordia per illum Supremam Senatium, qui Principis vice has partes gerere solet, approbata, & confirmata fuit, longamve annorum decem, & ultra pacificam habuit observantiam; adhuc tamen eodem tertio genito agere ferente, quod tot feudorum commodè divisibilium iudicialionem, & administrationem omnino denudata viveret, consilium idem in partibus ab aliquibus juris consultis petiit super modo recedendi ad praeterita conventionem, atque super consiliis desuper datis efformato quodam restricto, seu discussu, meum desuper expeditum fuit votum, tam pro validitate, quam pro directione.

In praefato autem restricto, seu discussu, restringebatur punctus ad materiam text. in *l. in hoc iudicium, §. si conveniret, ff. de commun. dividui*, ubi disponitur, quod pactum de non dividendo, sed permanendo in communiōne, temporale quidem valet, perpetuum vero non.

Super huius vero textus intelligentia, vel praxi, DD. duas efformant quaestionem; unam scilicet, an conventio ad vitam pacificum, absque omnimoda perpetuitate in successoribus, temporalis, vel perpetua dicenda sit; & alteram, an iuramentum cessare faciat huius legis dispositionem etiam in casu prohibito perpetuitatis, juxta terminos textus in *cap. cum contingat, de iure iuran. & cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor.* Atque super utraque quaestione pro generali scribentium consuetudine nil penè pacificum relinquendi, varie habentur opiniones, aliis, affirmantibus, aliis vero negantibus, & aliis distinguentibus, ex iis, quae antiquioribus relatis habentur hinc inde plene deducta per Gutierrez. *de iuram. cap. 58. num. 16. & 17.* Scraphin. *eodem tract. prohil. 58. a num. 6.* Thelaur. & addit. *dec. 142.* Michalot. *de fratribus part. 2. c. p. 37.* Fontanell. *de pact. claus. 4. gl. 9. part. 2. num. 106. & seqq.* Arias de Mela

lib. 3. var. cap. 28. nu. 17. Urceol. consule. 72. n. 21. Rot. apud Ottob. decy. 96. num. 15. & decy. 4. part. 14. recent. Idemque supponendo, quod magis communis opinio esset, ut conventio ad vitam, perpetua potius quam temporalis dicenda esset, quodque posita invaliditate, ratione perpetuitatis, iuramentum non sanaret defectum, credebant impugnacioni locum fore.

Item breviter, & quasi obiter absque rationum discussu, vel authoritatum citatio, insinuant etiam conclusionem, quod mandatum majori natu per dictam conventionem datum ad administrandum, de sui natura sit quoadcumque revocabile, idemque non deberet esse perpetuum.

Ex facto potius tamen quam ex iure, pro mea consuetudine respondi, quod utrumque fundamentum periculosum, minisque tutum videretur, quodque propterea magnam desuper sentebam difficultatem, adeo ut quoad ipsum pacificum videretur opus quodammodo desperatum; ita experiendo consuetum modernorum vitium, perpetuo damnable, ac declamandum, ad hoc ut per posteritatem haec non insecum, ad id adverteretur, in responsis, vel consiliis, seu decisionibus, assumendi scilicet quaestiones in abstracto, toraque vim constituendi in perquirendo authoritates, praesertim modernorum de illa materia agentium, earumque magnum cumulum, seu pom-pam faciendi, abique debita reflexione ad facti circumstantias particulares, ex quibus pendet inspectio, an authoritates congrue applicentur, necne.

Ex praemissis etenim scriptis, ac aliis de materia agentibus patet, utrumque articulum esse dubium super intelligentia dicti textus in *§. si conveniret*. Pro etiam dubius est secundum punctum super validitate promissae irrevocabilitatis mandati, ut patet ex iis quae habentur in specie deducta *sub tit. de tutor. & administr. disc. 20.*

Ista itaque dubietate posita, advertentem, quod ubi etiam re integra, in utroque puncto, subsisteret posset opinio super invaliditate actuum, quodque illi non essent obligatorii, sed revocabiles; adhuc tamen, dum istud dubium iam promotum fuit, atque desuper excitata extrajudicialis controversia, eaque posita per transactionem, ita praecelua remanebat omnis via, perinde ac si super huiusmodi dubio prodidisset res iudicata, cuius speciem transactio habere dicitur ex notoriis; quamvis etenim transactio ad sui validitatem exigat litem, sine qua non datur, non tamen praecisa actualitas necessaria est, sed sufficit potentia iustitiae timor, ut ad illa occurrentium, valide transigi valeat, ex insinuatione in materia, *disc. 50. de alien. & contract. prohib.* & alibi frequenter, eum sint principia plana.

Fortis vero ob duas facti circumstantias, omnem dirimentes quaestionem; primo nempe, quod transactio proprio controversiae examine, ac discussione, coram Principe supremo, vel primo Ministro, cum eius opera, consilio, & autoritate inita fuit; & secundò, quia approbata etiam ab ipso Principe per organum eius supremi Senatium, ob quas circumstantias, iunctas cum probabili dubietate articulo, transactio apta fuit adferre etiam tertius, vel successores, venientes iure suo independenter a transigentibus, ex deductis supra hoc *cod. tit. disc. 49.* Et in eius supplemento, *ac etiam in tit. de iudic. comm. disc. 173. & sequis alibi.* Multò igitur magis in praedictum ipsorummet transigentium, qui regulariter prohibitionem habent impugnandi factum proprium, quoties magna, & pluraque enormis laeso regulanda non ex solo valore bonorum, vel iurium, sed ex estimatione dubi litis eventus, ex deduct. *d. disc. 50. de alien. & contract. & disc. 27. de emp. & vend. & alibi.* rescindendi facultatem non tribueret.

Et per consequens, inanis remanet labor, desuper ad consententibus adhibitus, ad materiam text. in *dict. l. in hoc iudicium, §. si conveniret*, quoniam ille profectus esse potuisset, quatenus re integra de impugnacione ageretur, seu autem ubi per transactionem iam posita est; ac propterea consultores moneri debent, ut prius ad factum bene reflectant, ut inde vero ad ius, quoniam lex est applicando factò, non autem factum legi.

Ceterum quatenus etiam pertinet ad praefatos punctos, tam scilicet super invaliditate conventionis de permanendo in communiōne, quatenus admittenda esset opinio, quod conventio ad vitam perpetua potius, quam temporalis dicenda esset (super quo maturum iudicium non efformavit, utpote extra causae necessitatem); quam etiam super mandati administratoii irrevocabilis, juxta firmata in authorita-

ritatibus, & decisionibus relatis *d. disc. 20. de tutor. & administr.*

Quatenus pertinet ad aliam quaestionem iuramenti, an huiusmodi defectum sanet, seu legis prohibitionem tollat, negligendo semper exolum, ac genio adversum styllum pragmatum, more ratiocinationis insistentem in numero authoritatum, ac insipienti quoniam opinio esset magis communis; dicebam quod (quidquid plerique scriptores, vel collectores, cum consuetudine leguleica ineptia, desuper involvant) profus fabulosum est asserere, ut sola dispositio legis civilis ita distinguentis, *in d. §. si conveniret*, jurata conventionis invaliditatem operari debeat, cum hodie extra quaestionem sit etiam in foro locali, sive, ut nostri dicunt, in terris Imperii, iuramentum cessare faciat cuiuscumque legis positiva prohibitionem, quoties non sit contra bonos mores naturales, vel contra bonum publicum principaliter, non autem secundario.

Eatenus igitur recipienda est opinio adimentum vim iuramenti, quatenus verificetur ratio viti naturalis, cuius respectu dicti valeat, quod sit contra bonos mores naturales, quia nempe communio inter eos, inter quos antiqua pax, & unio amplius non regat, parere valeat, ut follet, rixas, & contentiones, aliaque scandala, & inconvenientia; itaque est veraratio, cui inhiuntur DD. sequentes opinionem, ut iuramentum non sanet hunc defectum; ut (ex gr.) contingit in communiōne domus, & mensae, quam nostri dicunt communiōnem vite, dummodò tamen facti circumstantiae doceant, ut exinde dicta inconvenientia resultent, quibus aliàs oportuno occurrere non valeat, ac etiam magis opportunè exemplificari potest in illis pascuorum, & territoriorum communioribus, quae inter Civitates, vel Oppida fiant, cum similibus, quibus eadem ratio adapretur.

Itaque casu locus est dissolutioni communiōnis, non quidem ex infestatione pacti, & conventionis, juxta dictae legis Civilis dispositionem, seu distractionem, sed ex iudicis officio, fundato in alio iuris principio, quod scilicet, quando aliqua conventio, quamvis jurata, & ab initio licita, valida, & iusta, sive obligatoria, tractu temporis, vel ex aliis contentendis, ad magnam reducatur iniustitiam, sive non cogitata, vel non praevisa scandala, & inconvenientia producat, aut producere potest, tunc debet rescindi, vel ad iustitiam, & equitatem reduci, ad text. in *cap. suorum de Decimis, Nat. conf. 548. nu. 36. Martin. Ant. decy. 48. nu. 13. & 14. & decy. 70. num. 3. & 4. cum aliis lib. 14. tit. de Decimis disc. 3. nu. 14.*

Alias etenim, si ita impliciter verum esset hoc assumptum, ut pactum perpetue communiōnis ad vitam ita bonis moribus naturalibus oppositum esset, ut neque iuramentum firmaretur; sequeretur, quod per ius positivum Ecclesiasticum induci non posset necessaria communiōne perpetua vite in Monasterio virorum, seu mulierum per contractum, quom sollemnis professio continere dicitur, quod utique vanum est asserere.

Et quoad alterum punctum invalide conventionis, super irrevocabilitate mandati, catenus revocatio, non obstante pacto, praesertim iurato, admittenda venit, quatenus iniret eadem ratio, ob quam interponitur iudicis officium, ne scilicet cogatur quis in officio summae confidentiae, ac benevolentiae habere dissidentem, ac malevolum, ex iis, quae habentur *d. disc. 20. de tutor. & administr.* non autem ex infestatione actus.

Predictae vero rationes, quae super uno, vel altero motivo cadunt, nullatenus ad rem adaptantur, quoniam cum communiō in feudis non inducat necessitatem vite, minusque illam fructuum, vel emolumentorum, dum eorum repartitio iam facta fuit mediante assignatione, ut supra; hinc sequi dicebam, quod ista communiō remanet merè habitualis, & intellectualis, iuxta illam individuatam feudorum dignitatis Lombardiae, & quae insinuat supra in Mutinen. *disc. 8. & alibi.* quod scilicet ad instar iuripatronatus, feudum dicitur individuum habitualiter, sed intellectualiter; spectato vero effectu perceptionis fructuum, & emolumentorum recipit divisionem, sic à pari.

Et utrumque in ordine ad administrationem, etiam in actu sive in exercitio communiōne perseveret, atque duret mandatum administratoii datum illi, qui inter praesentes sit major natu; attamen id non percutit substantiam ipsorum feudorum, minusque diminutionem juris unius, cuiusque translationem in alterum, aut necessitatem permanendi in communiōne, cum persona parum grata, vel habendi in mandatarium, seu administratorem suum bono-

rum malevolum, & dissidentem, eum iste administrationis ordo respiciat potius gratiam vassallorum, & iustitiae melius administrandae per unum, quam per plures, juxta insinuata supra, *disc. 9. & 10.* occasione agendi de erectione feudi dividui in primogenituram, vel ad naturam feudi individui ad formam juris Francorum, ac etiam *disc. 38. & 110.* occasione agendi de praelatione adversus extraneum emptorem; & conferunt ea, quae habentur *sub tit. de fideic. disc. 1. & seqq. & praesertim disc. 6.* in materia majoratus administratorii; ac etiam habentur *sub tit. de benef. seu altero de Canon. & Capitul. ac altero de iure patron.* & idem quod *dicto disc. 1. & seq.* insinuat in materia juris patronatus familiaris, vel alterius generis, aut universitatis, quod licet sit penes omnes de familia, vel genere, laudabile tamen est, ut exercitium, vel administratio sit penes unum, puta seniore, vel per turnum, seu alternativam, distributam in annos, vel menses, aut hebdomadas, eo modo, quo in plerisque Capitulis, & praesertim in illis Basilicarum Patriarchalium Urbis laudabiliter introductum est in colationem beneficiorum, cum similibus, quoniam administrationis iustitiae, & vassallis praedictis est plurimum inconvenientium productiva pluralitas dominorum & administrantium, adeo ut iudicis officium etiam contra invitos, vel domini autoritatem interponi posse, pro huiusmodi repartitione plerique sentiant, ex relatis per Rosental. *de feud. cap. 9. concl. 56.*

Atque in aliquibus iuribus, vel praesententis, quae habitualiter pluribus communiis sint congruit vero exercitium esse penes unum tantum, ut istud pertineat ad illum, qui inter plures sit senior, vel dignior, habendus receptum in retentione clavium arcis, vel in custodia scripturarum, sive in receptione alicujus praesententiae, ex insinuatione *tit. de heredit. & alibi pluries.*

Dictumque inconveniens administrationis iustitiae Subditorum penes plures, docet dispositio S. Concilii Tridentini, super administratione iudicialionis Sedae vacante, vel super administratione, seu exercitio illius curae animarum, quae habitualiter incumbat Capitulo, vel Collegio, ex insinuatione *sub tit. de Canonis & Capit. & sub altero de paroch. & in annot. ad Concil. Trident. cum similibus.*

Quare concludebam, quod opus pro meo iudicio videretur, vel desperatum, vel valde durum, ac difficile; sed quoniam consilium non solum pro veritate super dictis punctis petebatur, sed etiam pro directione, hinc suppeditatione alicujus remedi; idcirco insinuavi, quod ubi tertio genitus filios haberet, magisque expediens reputaret, quod iudicialio, & administratio feudorum, spectatum ad suam portionem, esset potius penes filios, quam penes unum ex fratribus, tunc unum de duobus remediis adhibere posset; vel scilicet quatenus esset solutus, atque feuda haberet veram, & propriam naturam feudorum, ab aliqua particulari consuetudine non alteratam, ut eorum incapaces sint clerici, juxta superioris deducta, *disc. 15. & seq. & 54.* se constitueret in statu Clericali, per quem, tanquam per speciem mortis civilis, successio in eius portione aperiretur filiis, qui tam de facto, quam de jure non essent obligati stare dictae conventionis, utpote merè personalis, quinimo in ipsorum pacificum vita resolutibili, quatenus res in eodem statu non permanerent, ut supra; vel quod, quatenus superpetret iusta, & probabilis occasio, puta matrimonium per aliquem ex filiis contrahendi, vel alia similia, faceret refutationem, juxta eam formam, de qua habetur supra, *disc. 76.* adeo ut habeat speciem praeventivae successione; insinuando requisitum iustae, ac probabilis occasio, ne aliàs dicti posset facta in fraudem, juxta ea, quae in proposito fraudulenter refutationis habentur supra, *d. disc. 76.* ac etiam incidenter occasione fraudulenter subinfestationis *disc. ubi condat.*

Post datum responsum, reflectebam, an super huiusmodi conventionibus, utpote sine Domini assensu initis, cadere posset illa infectio, quae resultat ex prohibitione text. in *cap. Imperialem de probib. feud. alien. per Federic.* quasi quod ista necessaria communiō importaret speciem unionis, vel servitutis, idemque veniret sub genere alienationis prohibita; attamen adverti, quod nullum desuper constitui posset fundamentum, quoniam quidquid sit, an in eo principatu feuda retineant rectam, ac propriam eorum naturam, ut in omnibus subiacent legibus feudalis; & praesertim dictae prohibitioni contentae in *cap. Imperialem*; adluc tamen, quatenus Domini assensus fuisse necessarius, ille adesse videbatur in praedicta approbatione secunde conventionis factae per illum supremum Senatium, qui Principis vice huiusmodi actus in eo principatu explicat, potissimè dum non